







1703.

1. Beierus, Adrianus; Collegii juridici Decanus: De generatione  
Programma inaug. (lectioni auspicali Friderei Tollis  
Stauri praemissum)
2. Beierus, Adrianus: De synchronis.
3. Beierus, Adrianus: De privilegiis miserabilium  
personarum ratione fori
4. Brucknerus, W. H. Hieronymus: De reipublicae  
restitutione
5. Friesen, Johannes Bernhardus: De Christo servatore  
herede instituto.
6. Friesen, J. Berth., Fac. jur. Decanus: Programma inaug.  
ostendens jurare non esse peccatum (in lectionem aus-  
piciam Friderei Henrici Eckholdti invitato).
7. Friesen, J. Berth., Fac. jur. Decanus: Programma  
inaug.: De juri-jurandi natura (lectioni auspicali  
Johannis Berthii Tupperi praemissum)

1703.

8. Friesen, Dr. Bernh. Fac. juridicæ decanus : Programma  
de perjurii natura, (lectioni auspicali Petri Herverti  
praemissum) 13
9. Friesen, Joh. Bernhardt: De successione conjugum  
at intestato secundum mores Augustanos 16
10. Friesen, Dr. Bernh, Fac. juridicæ decanus : Programma  
inang : de juriz jurandi notatione (lectioni auspicali  
Petri Herverti praemissum) 18
11. Friesen, Joh. Bernhardt, Fac. jur. decanus : Programma  
diversas de perjurio exhibens opiniones (lectio  
ni auspicali Georgii Christophori Schaeferi praemissum) 17
12. Friesen, Joh. Bernhardt: De solemnitatibus.
13. Friesen, Dr. Bernh, Fac. jur. decanus : Programma inang:  
de perjurii divisione, (lectioni auspicali Johanni He-  
phani Wolcker praemissum) 18

1703

14. Melissander, Fr. Henricus : De majestate principum  
inviolabili adversus monachos.
15. Muellerus, Joh. Tacitus : De imperio civili in statu  
imbecillae civitatis.
16. Schroederus, Fr. Christianus : De adaptione juris  
civilis et moribus Germaniae usitatis.
17. Schroeterus, Joh. Christianus : De eo, quod circa genia  
rationem justum est.
18. Struvius, Bernhard. Goth. : De variis modis decimen-  
di successorem in regno.
19. Wedelius, Georgius Wolffgangus, Fr. med. Decanus :  
Pempticon . . . : De censa Augusti (ad Ho-  
pulationem solennem Philippi Frederici Schmeltzer invi-  
tat.
20. Wedelius, Ernestus Henricus : De physiologia urinae.

1703

- 21<sup>a et</sup> = Wildvogelius, Christianus: De jure thalami.  
2 Sempl. 1717 i. 1722.
- 22<sup>a, b,</sup> = Wildvogelius, Christianus: De ictu fustium.  
3 Sempl. 1703 i. 1756.
- 23<sup>a et</sup> = Wildvogel, Christianus: De jure gemellorum.  
2 Sempl. 1703 i. 1741.
24. Wildvogelius, Christianus: De jure praesentiae  
in locatione.
25. Wildvogelius, Christianus: De aequitate febrilis  
beneficii cessionis bonorum.
26. Wildvogelius, Christianus: De balneis ac balneatione.



1703,1 1/7

ADRIANI BEIERI, D.

PANDECTARUM PROFESSORIS PUBLICI  
ORDINARIII,  
CURIÆ PROVINC. ET SCAB. ASSESSORIS,  
COLLEGII JURIDICI HODIE

DECANI,

*Occasione l. 3. C. de donat. que sub modo seqq.*

De

*Geminatione,*

PROGRAMMA INAUGURALE.

*P.P. Jene Dom. Septuag. d. 4. Februar. 1703.*

J E N Æ,

LITERIS WERTHERIANIS.

8

7

ADRIAN M. DEERLID.

PROFESSOR DER ANATOMIE  
UND PHYSIOLOGIE  
AN DER UNIVERSITÄT  
ZU GIESSEN

PROGRAMMA IN ANATOMIE  
UND PHYSIOLOGIE

1845





J. J.

**E**rmani pristini, Virtutis non minus quam libertatis studiosi, moribus suis, Tacito teste, bonis, vivere, quam scriptis legibus regi maluerunt: dum tamen arma tractabant magis quam artes, atque hoc agebant, ut heroicis rebus gestis, aliorum occuparent calamos atque stylos; evenit, ut neglecta prudentia juris, controversias omnes, aut digitis aut manibus; Religione atque ense: Juramentis inquam aut Duellis definire opushabuerint. Unde hodiernum infelices nos tenus haec eorum posteros, pro haurienda Juris disciplina exire ad Exteros, & à Romanorum monumentis, autoritate Justiniani Imperatoris in formam artis redactam mutuari oportet Jurisprudentiam. Cujus ergo potissimam adolescentiae partem in sola Linguae Latinae cognitione transigimus: Delatis tamen ad Academias Juvenibus Juris, duplex oboritur remora, dum sepositis quos in scholis trivialibus tractaverant Autoribus, Corpus Juris Justinianicum; diversam planè methodò atque scopò, ab illa scholastica,

A

laistica, evolvendum; non simplicis forsan interpretationis Germanicæ gratiâ, *Dollmetschung*/ sed pro definitionibus Juris inde hauriendis formandisque legendum, obtruditur scilicet. Ubi, seu in textum aliquem Digestorum incidant, JCum in curiosa facti per circumstantias, figuracione, variorum Autorum, aliquando Sectariorum allegatione, illorumque hypothesium applicatione, sæpius autem abruptâ planè decisione inveniunt occupatissimum, ut quid velit ille nesciant. Ubi ad Imperatorias in Codice constitutiones perveniunt, in alterum quasi orbem, ob styli aulici à scholastico & forensi diversitatem, se delatos putant: Prout, qui Consistoriis Principum fuerunt ab epistolis, modò fuerunt concisi nimis, ut observare licet è textibus antiquioribus: modò prolixi fati; ut ex Græcorum loquacitate patet: modò figuris luxuriant Rhetoricis, modò impegisse dicuntur Grammaticis; unde plures postmodum controversiæ. Quod si igitur TUBERO doctissimus quidem habitus; Ideò tamen parum grati illius habitus fuerunt libri, quòd sermone antiquò usus *affectavit* scribere; teste Pomponiò in *l. 2. §. 46. in f. ff. de O. J.* quid mirum, si Juvenibus juris Studiosis *affectatus* ille *Stylus* accidat gravis, lectionemque textus ipsius reddat eis tædiosam?

Exemplò in præsens esto nobis Imperiale Diocletiani & Maximiniani ad Marcellam quandam rescriptum, in *l. 3. C. de Donation. quæ sub modo, vel conditione, vel certo tempore consciuntur.* Casu, quo fœmina quædam in tertium aliquem innominatum, donationem contulerat, sub lege, post tempus aliquod Sorori suæ, Marcellæ prædictæ restituendi: cui, dum non obtemperabat Donatarius,

tarius, duplex oriebatur quæstio: Una de Subjecto: Cui competat actio? Ipsi Donatori: an Donatariæ substitutæ; quæ abinde figuram gerit Fideicommissariæ? Primus enim ille, qui speciem habet Fiduciarii, tam Marcella, quæ negotio haud adstiterat, & ob id stipulari sibi haud potuerat, opponebat exceptionem Non competentis actionis: ut cui stipulatio Donatoris haud proffit, per §. *si quis alteri q. f. de inut. stip. quàm* Donatrici superstiti, ex eodem fundamento, & quòd re donatà semel se abdicaverit: illiusque præmortuæ forsan heredibus, ad quos res non attineat. Altera de Statu & qualitate actionis: si ulli competat ulla, Quæ tamen sit futura? Ubi jus novum ab antiquo discernitur hæctenus, quòd tum Directa quidem, soli tamen Donatori ejusque heredibus competierit: Hodie ipsi detur Donatario, sed utilis. Realis tamen sit, an Personalis? utrinque fundamenta allegat Fachinæus *Libr. IIX. Controv. LXXXIIX.* in posteriorem inclinans sententiam; inter alia, quòd. textus in *l. Quoties 3. C. de Don. qua sub mod. sqq.* Conditionem tribuat: Verbis: Ei, qui liberalitatis autor fuit, vel heredibus ejus, **CONDICTITIÆ ACTIONIS PERSECUTIONEM** competere. Otiosa planè circumlocutione! Rectenè dicitur Persecutio actionis? An verò non ipsa Actio Persecutio est? *pr. f. de Act.* Jam verò, Nihil agit in seipsum. Actio non est id quod persequimur, sed mediante qua id expeditur. Videturque adeò rescripti autor, sive concipiens, Objectum confundere cum Instrumento. Dein porrò, Quæ nam actio condictitia? Si Personalis, Ecquare non purè Condictio, citra appositionem dicitur? Id ipsum est enim quod perfo-

personalium actionum notione simplici Romanis esse debuit. §. 15. *J. de Act.* Affectatus ille sermo prudentioribus semper fuit molestus, teste Alciatò, *Libr. II. de V. s. n. 14. col. 786.* Omne nimium vertitur in vitium!

Quod si ad amussim Rhetorum, prædictas appendamus formulas, plusculæ occurrunt vitiosæ, quibus accenseas: ac primò **BATTOLOGIA**, vitiosa reiteratio: à Batto quopiam, homine Balbo, hæsitante ore impeditaque linguâ sapius conante, quod ne semel quidem absolvere verbum poterat: an Poetâ ineptò, qui dum simulachra & statuas versibus ac hymnis celebraret, eandem sapissimè cantilenam recinebat. Quorsum censere aliqui volunt istud: **JUS OBLIGATIONIS**, §. 2. *inf. J. de Reb. corp. & inc.* Cùm enim obligatio ipsamet Jus sit, videlicet ad rem, seu vinculum juris; sensus evasurus sit: Jus Juris. An verò Jus competit juri? & sic in præsens: Actio persequitur actionem. Salvationem tamen ejus vide apud B. Dn. Struv. *Synt. Civ. Exerc. XLVI. rb. 54. fin.* Aut si modestius agatur, **PERISSOLOGIA**, à περισσίου, abundo, exubero: adjectio quæ nullius effectus est, & in vitium orationis transit: quam & **CONCULCATIONEM** Rhetores vocant. Glossa in *l. LeBa. 40. ff. de R. Cr.* cujus quoque exempla plurima, in Authenticis Justiniani, & apud Bartolum in *l. 1. §. 7. ff. de Æd. Ed.* habemus. Id etiam à Grammaticis τὸ αὐτὸ dicitur, Idem per Idem. Alciatus *de V. s. Libr. IV. n. 15. col. 836.* Unde & **TAUTOLOGIÆ** nomen: quam admittere videntur, quoticunque Pactum Legis commissoria dicunt. v. gr. Dessel. *Errorem. jur. can. Tit. de Pign. Quest. IIX.* & alii: Cum alterutrum erat suffesturum. Similis

Similis abundantia verbi PERSONALIS, qua superfedere poterat Epistolographus Justiniani, observatur in *l. p. C. de usufr.* verbis: *De personali autem actione, que super usufructu nascitur, sive in stipulationem usufructus deductus sit*, (quo casu personalis actio indubiè locum habet) *sive ex testamento relictus*, sqq. (quo casu actio confessoria datur,) licèt nondum accesserit traditio: dum adita modò sit hereditas: ut pluribus textibus allegatis docet prælaudatus Dn. Struv. *Exercitat. XII. §. 12.* atque excusant aliqui per PARELCON, figuram Rhetoricam, à *παράλω* protraho, prorogo, prolaço diem. Sed frequentior apud nos est, quæ Græcè *ωπερηγία* dici potest, id est, ut ita dicam OTIOSITAS, cum aliqua dicitio vel etiam clausula additur, quæ minimè ad rem de qua agitur, est necessaria: Ita, ut etiam si ea desit, nihilominus idem juris fuerit constituendum. Cùmque Parelcon apud Grammaticos non multum dissideat à PLEONASMO, posset vel hujus prætextu excusari: ubi tamen obiter fateri oportet, in textu quem pro exemplo adducit Alciatus *de V. S. col. 335. num. 11.* cùm quis dicit: *Se oculis vidisse Monachum, c. Prasens 4. XX. Qu. 1.* formulam hanc mihi non occurrissè ibi: add. interim *l. 8. §. 7. ff. quib. m. pign. solv. verb. Deinde postea.*

Ut tamen quod res est, dicamus, Geminatio non omnis vitiosa, sed aliquando utilis, aliquando necessaria est etiam. Estque seu Syllabarum, seu Vocum integrarum; earundem, an diversarum, auxilantium tamen. De prima illa diximus occasione textus in *l. 8. §. 1. de leg. 2. in Orthographia jurid. Cap. XII. §. 3. p. 34.* Notarios seu dictatorum exceptores festinandæ scripturæ, & anteveniendi

niendi propè loquentem gratià, syllabas binas ejusdem soni atque elementorum, semel tantùm, literis tamen majoribus expressisse, iteratò postmodum pronuntiando exprimendas: v. gr. Uni Contentus: ubi plura. Quæ tamen verbis fit, EPANALEPSIS vocatur, cum majore significatione facta repetitio: ut in *l. 88. ff. de Acquir. hered.* QUALISQUALIS possessio dicitur ampliatiuè, usque ad quantulamcunque. Et, sicubi Princeps dicat Judici: Tu, Tu cognosces: tum certè neutiquam ille causam demandabit alii. Quando itaque Celsus in *l. Balbista. 32. ff. ad Sct. Trebell.* vocem PECUNIAM, propositam in Consultatione, repetit & in Resolutione: Ex his verbis, inquit, quæ proponis, id est PECUNIAM, sqq. Gotofredus in *notis* ad eò non imputat vitio, ut EPANALEPSIN interpretetur, ac Perissologix, quam vitium dicebamus modò, contradistinguat. vid. Alciatus *col. 836. num. 15.* Eique non paucos Juri tribuunt effectus: ut, si VERBIS fiat, inducat consensum, Schraderus *de Feud. part. IX. partis 1. Sect. III. n. 134.* Contrà Errorrem excludat, Cothman. *vol. 1. Respons. XXXVII. num. 73.* Richter. *Decis. IC. n. 56. seqq.* Fortissimè actum probet. Cothman. *vol. IV. Cons. XXXII. n. 17.* Zepper. *Cynof. cap. XVII. Befoldus. Jure provinc. Würtemb. p. 75. §. LXI.* Dubitationis tollendæ causâ geminare voces licet. Gotofredus in *l. 1. §. 7. ff. de Æd. Ed. & Papinianus in l. 56. in fine pr. ff. Mand.* ACTUUM denique geminatio an & quid operetur? vid. Schrader. *part. IX. c. VII. n. 55.* Requirit animadversionem in prohibitis graviorem. Carpz. *pr. Cr. Qu. XXXIX. n. 75.* Utrinque magis, ubi contingit ex intervallo. Jafon, in *l. 1. Col. 8. ff. de Off. ej.* Cæterum Condititiam



ctitiam actionem ipse Imperator dicit §. 1. *J. quibus m. re contr. obl.* Actio conditionis, in *l. 2. C. de Condict. ob caus. dat.* & Lex condititia §. 24. *J. de Act.* qua datur nova personalis actio, sed incognita.

Sed quorsum pertraxit me stylus? Merita causæ nunc relinquo

DOMINO  
**FRIEDERICO GOTTLIEB  
 STRUVIO,**

JURIUM CANDIDATO EXIMIO,

Cujus historiam vitæ ac studiorum, receptò more nunc referemus. Natus autem est ille in hac ipsa urbe A. C. MDCLXXVI. die XI. Novembris: Patre GEORGIO ADAMO STRUVIO, quem vel nominasse habeo satis, cum meritis laudibusque VIRI recensendis, me agnoscam imparem. Erat autem Ducalis Regimini Præses, Curia Provincialis Assessor primarius, Facultatis Jurid. & Scabinatus Ordinarius sqq. cujus scriptis literatus adhuc dum applaudit Orbis. Matre, SUSANNA, è celeberrima BERLICHIORUM familia, sexûs fœminei unione nobilissimâ. Cultiori jam factâ per ætatem indole, domesticâ curâ ad literas, sub variorum Præceptorum fide, ad annum usque tertium decimum fuit institutus; exinde ad Gymnasium HALLENSIS Saxonum ablegatus A. C. DCLXXXIX, Præceptoribus ordine gavifus M. Joh. REMTEN, Collegâ Quintò, interim beatè defunctò: Porrò Johanne JEHNICHIO, tum Quartò, nunc Tertio: dein postea M' israële FINCKIO, Tertio tunc; hodie

B

Con-

ConRectore. Ad superiora denique progressus Præceptorem habuit Gotofredum VOKKERODT, prædicti Gymnasii tunc temporis ConRectorem, nunc Gymnasii Gothani Inspectorem; juxtimque Johannem PRÆTORIUM, Gymnasii Hallensis per annos plurimos Rectorem meritissimum; idque septenniò continuò. Haustus ita non literis modò humanioribus, verùm jactis etiam, quantum studio juris opus est, fundamentis Philosophicis, consiliò Superiorum, post beatum videlicet Parentis obitum, ad patriam hanc se contulit Academiam, A. C. M DC VC. studio Juris, ad quod votis atque jussu beati Patris erat destinatus, totum se mancipavit, primum ductorem nactus Dominum Henricum Ernestum FLOERCKIUM, U. J. D. & Curia Provincialis Advocatum Ordinarium, quem eòdem annò Institutiones Juris Justinianicas, & beati Parentis prudentiam juris forensis, binà vice explicantem audivit. Insequenti annò nonagesimò sextò ejusdem auspiciò Collegium ad ejusdem beati Parentis Syntagmata civile & feudale absolvit: publicisque simul Dominorum Professorum Collegiis interesse cepit.

Superatò ita biennio Halam annò III C. regressus, Dn. Gotofredi BOENIKENS J. U. Lti institutione adjutus, Lauterbachii compendium, & illustris Domini STRUCKII examen feudale audivit. Similiter hòc annò fundamenta doctrinæ moralis jecit, & tam publicis Domini BODINI prælectionibus ad Hug. Grotium de J. B. & P. & Domini BUDDÆI ad elementa doctrinæ practicæ, nec non privatis ejusdem horis ad Guilielmum Grotium, de

de principiis juris naturæ interfuit. Proximò annò IIC. prælaudatum Illustrem Dominum STRICKIUM ad Lauterbachium, Examen item feudale : Rhetii Institutiones, Myleri Archologiam, Brunnemanni Jus Ecclesiasticum, publicè privatimque non absque studiorum incremento audivit. Insequenti annò IC. in patriam regressus, in publicis æque ac privatis auditoriis frequentem se stitit, ibique tam auscultando quàm disputandoque se exercuit; Nominatim Venerabili Collegii nostri Seniori, Domino Joh. Phil. SLEVOGTIO, Svvederum, Domino BRÜCKNERO, Schnobelium; mihi denique Institutiones Justinianas tum publicè interpretantibus assedit. In Collegio insuper disputatorio, quò supra memoratus Dominus FLOERCKIUS Ludvvellianas Exercitationes publicè ventilandas proposuit, modò Opponentis, modò Respondentis partes pluries cum applausu Commilitonum tutatus est. Præprimis tamen Illustrem Dominum WILDVOGELIUM, Consiliar. Saxo-Isenacensem intimum & PP. sectatus, ejusdem lectionibus tam publicis quàm privatis, nec non consiliis salutaribus magnò adjutum se prædicat opere. Peregre dein profectus, per biennium forensibus exercere se negotiis habuit copiam: Prius igitur, quàm iisdem immergatur profundius, ad Nos rediit, atque ab Incluta Facultate nostra præmia studiorum Academica decenter petiit: Cui honesto desiderio intuitu vitæ ante actæ haud deesse potuimus. Admissum insuper ad examina domestica promptum atque talem invenimus, qui publicè sisti mereatur. Agemus hoc craftinò Lunæ die, quo in Cathedra publica, supra memoratam.

6478  
§ (12) §

*l. 3. C. de Donat. que sub modo, 199.* solenni commentatione interpretabitur. Hunc actum, ut Magnificus Dominus ProRector, Magnificus Dominus ProRector designatus, Patres conscripti ac Professores itemque Doctores Facultatum omnium splendidissimi, nominatim Sanctæ Themi dicata Juventutis lectissima, & quicumque bonis literis favent, honorificâ gratâque præsentia suâ condecorare velint, nomine Facultatis nostræ decenter invito, atque ad reciproca officia paratos fore nos, polliceor.

PP, sub sigillo Facultatis *Dom. Septuag. d. 4. Febr.*

M DCC. III.



ULB Halle  
006 366 333


3



vol 18







1703,1  
1  
7

# ADRIANI BEIERI, D.

PANDECTARUM PROFESSORIS PUBLICI  
ORDINARIJ,  
CURIÆ PROVIC. ET SCAB. ASSESSORIS,  
COLLEGII JURIDICI HODIE

DECANI,

*Occasione l. 3. C. de donat. qua sub modo seqq.*

De

*Geminatione,*

PROGRAMMA INAUGURALE.

*P.P. Jenæ Dom. Septuag. d. 4. Februar. 1703.*

J E N Æ,  
LITERIS WERTHERIANIS.

